

potestas vel alius officialis vestri / comunis, iniuste et sine causa rationali, ipsum A. cepistis / [et] capi fecistis et detinetis seu detineri facitis in / carceribus dicti comunis contra suam voluntatem, pro eo quod dicitur / dictum A. percussisse .. de terra vestra et ipsum occidisse / et alia commis-
 misse, sicut in dicti vestri comunis actibus dicitur / plenius contineri; a quibus omnibus et ab omni alio gravamine / eidem illato et inferendo
 ad nos et nostram curiam pro [eius] / parte extitit appellatum et ipsam
 appellationis causam inten[dit] / et [vult] proseguire coram nobis; quare
 tenore presentium vobis ad [penam] / et bannum C librarum districte
 precipiendo mandamus quatenus, dicta appellatione / pendente, nullam
 contra ipsum .., eius fidos, consanguineo[s] / et affines vel eorum bona,
 aliquo quesito colore, presumatis / f[a]cere novitatem et, si quam
 fecistis post dictam appellationem, / visis presentibus, in statum pristin-
 um reducatis et ipsum .. relaxetis / pris[ti]ne libertati, ad hoc ut possit
 personaliter ius suum proseguire / coram nobis, et nichilominus III^a, die
 non feriata post presenta/tionem presentium coram nobis peremptorie
 comparere curetis, eidem appellanti / et super ipsa appellatione de
 iustitia responsuri. Alioquin etc. /

104.

Anfang eines Vorladungsschreibens.

Hs. fol. 20^v.

Cum vos alias per .. nostrum / b[aiu]lum citari et requiri fecerimus ut
 certo termino iam elapso / [co]ram nobis [per] syndicum vestrum
 legitime ordinatum comparere deberetis //

105.—109.

Auf. fol. 21^{rv} ist der Text völlig unverständlich. Es läßt sich allerdings erkennen, daß etwa 5 Briefe darin abgeschrieben worden sind (auf fol. 21^r drei: 105, Z. 1—7; 106, Z. 8—19; 107, Z. 20—26; auf fol. 21^v zwei: 108, Z. 1—23; 109, Z. 24—33).

110.

*(Ein Rektor des Herzogtums Spoleto oder ein päpstlicher Kämmerer?) be-
 fiehlt, der Stadt Terni wegen deren durch Kriegswirren verursachten Notlage die
 Zahlung der Procuratio und anderer Abgaben zu stunden (nur der Schluß des
 Briefes).*

Hs. fol. 22^r.